



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Rationale Vtrivsq[ue] Potestatis Ecclesiasticæ

Talamellus, Thomas

Ticini Regii, 1618

Incipit. Quartvs Tractatvs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61615)

cludamus igitur præsentem tractatum, idemq; Caput vnà cum B. Aug. nostro Anconitano dicente ex primo Regum c. 4, idolatriam esse, superiori non obedire: ex quo dicto seu sententia sequitur, quod inobedientes, seu rebelles, nec non & contumaces recusantes obedire Summo totius mundi Præsuli, sunt Idolatre, & sic militant contra primum Sacri Decalogi Decretum &c. sicque nedum melius verum etiam optimum erit semper obedire eidem Summo Romano Pontifici. Quod faxit Deus &c.

B. Aug.
Anc. li. de
pot. Eccl.
q. 48. ar. 4
ad ult. arg.

I N C I P I T

QVARTVS TRACTATVS

Rationalis vtriusq; Ecclesiastica potestatis, In quo agitur de Penis, quibus idem Summus Pontifex utitur, siue uti solet. Caput 1.

Quoniam ea est relatiuorum natura, vt posito eorum altero, ponatur & reliquum, secundum Philippum, & secundum sacros Theologos passim in Sacra Theologia: qua de re cum culpa, & poena, sic se habeant, cum sit noxę vindicta secundum Iurisconsultos, non erit mirum, si ad positionem culpæ ponatur & poena, de quibus dicit D. P. Aug. Omnis poena iusta est, & pro aliquo impenditur peccato: & lib. ottuaginta trium questionum, Deus nullam cuiquam immeritò finit infligi poenam, & penę meritum peccatum est, idcirco

phil. in l.
ad aliquid
l. aliud ff.
de reg. iur.

D. p. Aug.
lib. 3 de
lib. arbit.
q. 24.

Z 2 B. Egid.

B. Egi. Ro.
 2. sent. dist.
 36 art. 2.
 2. q. & D.
 Th. 1. 2. q.
 87. & D.
 Bonau. 2.
 sent. d. 36.
 art. 2. Ri-
 car. 2. sen.
 dist. 36 q.
 4.

Beatus Aegidius noster Romanus D. Thom. D.
 Bonaventura, & Ricardus, & alij quamplures
 sacri Doctores diligenter quærent, & exami-
 nant hanc pulcherrimam difficultatem; vtrum
 possit esse pœna sine culpa, vel peccato: ante-
 quam &c. Beatus Egidius eandem difficultatem
 soluat, distinguit de multiplici pœnarum ge-
 nere, dicens, de pœna igitur, & culpa possu-
 mus loqui generaliter, vel specialiter, si pri-
 mo modo comparamus pœnam ad culpam, non
 est pœna sine culpa; si enim Angelus, & homo
 non peccassent, nulla vtique fuisset pœna, quia
 sicut nullum bonum inremuneratum, sic nul-
 lum malum impunitum de mente D. Patris Au-
 gustini pluribus in locis &c. si autem loqua-
 mur specialiter, & secundo modo, distinguen-
 dum est de pœna, quia quædam est æterna,
 quæ nunquam potest esse sine culpa etiam pro-
 pria; nam paruuli sodomorum, qui fuerunt pu-
 niti pœna, & morte temporali, pro parentum
 culpam, pœnam tamen æterna, quæ est pœna damni,
 & quæ debetur originali peccato, incurrerunt
 propter culpam originalem propriam, in qua na-
 ti fuerunt; quia licet peccatum originale sit naturæ
 infectio, ex qua sequitur infectio personæ &c. Ali-
 qua autem est temporalis pœna, quam aliquis te-
 poraliter patitur, & voluntate sustinet, vt fuit Do-
 mini Nostri Iesu Christi Passio, quam pro nobis
 peccatoribus voluntariè sustinuit iuxta illud D.

Isaia

Isaia Prophetæ, oblatuſ eſt, quia ipſe voluit: & ſic etiam omnes Sancti quanta voluntariè paſſi ſunt tormenta? Aliqua eſt pœna ad tempuſ dilata, quam peccator meretur, ſed ad tempuſ ex Dei benignitate differtur: aliqua eſt pœna ſtatim inflicta ſecundû diuinum beneplacitum, & aliqua eſt ab alio inflicta quæ ſex modis accipitur, primò vel pro culpa puniendâ, in hoc, vel in altero ſæculo, vt lib. Num. Maria ſoror Moyſi leproſa facta fuit in hoc ſæculo ne pœnam æternam ſuſtinere percogeretur in altera vita: ſecundo modo accipitur pœna pro culpa cauenda, vt fameſ quam paſſuſ fuit filiuſ prodiguſ, qui fame compulſuſ ad Patrem reuerſuſ eſt: quod factuſ eſt vt commiſſam culpam pœnitendo dele- ret, & cautuſ effectuſ à culpa in poſterum ſe perſeueraret: tertio accipitur vt infligitur aliqua pœna ad virtutem præſeruandam, ne magnitudo reuelationum extollat me, datur eſt mihi ſtimuluſ carniſ meæ &c. ſufficit tibi gratia mea, dicit Chriſtuſ, virtuſ in infirmitate perficitur, & ſic per virtutem vitium, vel culpa vincitur: quarto accipitur, vel infligitur pœna aliquando pro gratia multiplicanda; exemplum habemus de Iob, & Thobia, qui tot mala, & pœnaſ ſuſtinerunt, vt in eis gratia multiplicaretur, ſic Iob tenta- tuſ &c. & Thobiaſ acceptuſ Deo &c. Vt tentatio probaret te, neceſſe fuit &c.; quinto accipitur, & infligitur aliquando pœna ad manifeſtan- dam diuinam gloriam, vt patet de Cæco nato

Iſa. c. 53

num. c. 12

2. Co. c. 12

Iob. ult. c.

Iob. c. 12

Ioa. 8. 28

Vnde

B. Eg. 1. du
b. later.

pet de ara.
li. de iust.
& iur. q.
62 art. 3.
Reg 2.
B. Aug.
Anch. qu.
27. art. 4.
in corp.
Tom. arg.
4 sent dis.
ar. 3. ad 3.
arg.

Vnde hæc miracula à Christo facta fuere, non solū pro humana generatione redimenda, sed pro culpa incredulitatis auferenda. Si non vultis mihi credere, saltem operibus credite, dicebat Redemptor noster &c Sextò accipitur, & infligitur aliquando pœna pro damnatione malorum hic temporaliter inchoanda, & post mortem eternaliter continuanda, vt patet de Pharaone, qui prius tot pœnis temporalibus oppressus, & postea per aquas maris suffocatus, æternaliter est damnatus: & quia, vt dicit idem B. Egid. eodem loco, peccatum sine pena esse non potest &c Colligimus itaq; ex his sex vltimis modis pœnarum, primum & vltimum acceptionis modum (ad rem nostram) maximè facere contra rebelles, & innobedientes S. M. E. cum excommunicatio (qua sæpè vtitur eadem S. M. Ecclesia pro temporis opportunitate, & necessitate) sit quædam maxima Ecclesiastica pœna, vt optimè docent Petrus n̄r de Aragona, Aug. Anthonianus, Thom. Argentinensis, & Pelbartus, Iuris Consulti, Glos. Verb. acrimonia, ita etiam & D. Thom. 2. 2. q. 39. art. 4. in corp. docet dicens, conueniens pœna schismaticorum est excommunicatio, siue vt excommunicentur, vt nolentes coerceri per excommunicationem & per potestatem spiritualem Ecclesiæ, recusantes subd. capiti eiusdem Ecclesiæ, iustum est, vt potestate temporali coerceantur: forsan quia pœna est mensura delicti, vt dicunt Iuriconsulti l. lancimus ff. de pœnis, & l. aliud ff. de reg. iur. Pœna itaq; excōmunica.

municationis clarè patet, quod non fertur ab ecclesia contra aliquos populos vel etiam contra priuatos homines sine præcedente culpa inobedientiæ, vel alterius delicti, vti dicebat primus modus pænæ à B. Egidio nostro Romano supra positus, vel pro culpa cauenda &c. vel tandem vltimo modo contra contumaces, & rebelles hic temporaliter inchoanda, & eternaliter continuanda: & notanter dicitur; cōtra cōtumaces: quia ex D. P. Aug. contumaciæ crimen est, quod iubetur nolle, quod imperatur contemnere, & quod præceptum est declinare. Ideo Euāgelista noster Bofius Patauinus pro theoremate 2^o dicit, præcepti transgressores, quantum in se est, promerētur excōmunicari, nisi per inuincibilem ignorantiam se ipsos excufatione dignos reddant. En igitur quomodo excommunicationis pœna datur, ac fertur propter aliquod peccatum puniendum, vel impediendum ne fiat, præcipuè inobedientiæ siue contumaciæ. Hinc D. P. Aug. dicit, Sanè si iudex es, si iudicandi potestatem accepisti, ecclesiastica regula, si apud te accusatur, si innumeris documentis, testibusque conuincitur, coerce, corripe, excommunic, degrada: sic vigilet tollerantia, vt non dormiat disciplina. Et idem D. P. Aug. diligamus inimicos, corripiamus, castigemus, & excommunicemus, cum dilectione a nobis etiam eosdem separemus. Videte enim quid dicat D. Apost. Si quis autem non obau- dit verbo, modò per epistolam hanc notate, & nolite commisceri cum eo: sed ne subrepat tibi ex hac iracundia

D. p. Aug.
lib. de uer.
Domini se-
cundū 10.
ser. 57.
Euang. Bo-
sius thom.
2. in prob.
enunc 16.

D. p. Aug.
de uerb. A-
postoli.
ser. 24.

D. p. Aug.
in ps. 54.

2. ad tessal.
c. 3.

iracundia, & turbet oculum tuum, non (inquit) ut i-
 nim cum existimet: sed, ut fratrem corripite, & eru-
 bescat a quo indixit separationem, non praecidit di-
 lectionem &c. En itaque quomodo iudex vniuersita-
lis praesentis Ecclesiae, quae secundum D. Gregorium
dicitur regnum vniuersitatis, quod perfectione so-
lidatum potest contra rebelles inobedientes & con-
tumaces ferre excommunicationis pœnalem senten-
tiam ad emendationem eorundem culpæ: & D. Leo
Papa alloquens Romam sic dicit, per sanctam Bea-
ti Petri sedem caput orbis effectam &c. & sic Petri
sedes plenam habens auctoritatem, Romam eandem
decorauit: & sic suum ius, suamque potentiam po-
test utroque modo exercere contra eosdem contu-
maces. quo circa D. Thom. docet aliud medium, si-
ue aliud modum pœnæ dicens, pœnæ praesentis vitæ
sunt medicinales, & ideo quando vna nō sufficit pœ-
na ad coercendum hominem, super additur & alte-
ra. Medici namque diuersas apponunt corporales
medicinas, quando vna non est sufficiens, seu efficax:
ita Ecclesia, quando aliqui per excommunicationem
sufficiens non reprimuntur, adhibet coercionem
brachij: sed si vna pœna sit sufficiens, non debet al-
terā adhibere. Hæc aut oīa, videlicet culpā, & pœnā
preuidit D. Isa. Proph. dicēs, Luxit, et deflexit terra, &
infirmata est, defluxit orbis, & infirmata est altitudo
populi terræ, & terra infecta est ab habitatorib⁹ suis
quia transgressi sunt leges, mutauerūt ius, &c. sicut fa-
ciūt quicumque rebelles, & cōtumaces contemnētes
 leges

D. Greg.
in Iob. c. 9

D. Leo ser.
I. in Nat.
Apost.
Pet. &
Pauli.

D. Thom.
2. 2. q. 39.
art 4. ad 3
arg.
Fulcrum,
simile D.
Thomæ.

Isa. c. 24.

Ieges Pontificias, quas totis viribus euerrere, & mutare nituntur, vsurpando bona Ecclesiastica, vel eadem impediendo, si non semper directè, saltem indirectè, vel etiam personas Ecclesiasticas, super quas nullum pœnitus ius habet, maximis molestijs afficiendo, & ius diuinum, humanumque prauè interpretando, ad sensum trahedo. Ideo sequitur S. Proph. Isai vbi supra, propter hoc maledictio vorabit terram, & peccabunt habitatores eius: ideoque insanient cultores eius &c. præceptum autem maledictionis genus est ipsa excōmunicatio, quã iustis de causis semper fert, ac prænunciat S. M. E. R. contra huiusmodi transgressores diuinæ, Ecclesiasticæque legis propter supradictas mutationes, & alterationes, nec non alterationes directè repugnantes determinationi Ecclesiæ vniuersalis, quæ vt vniuersalis errare non potest, secundum quod optime docet Thaddeus noster. Perusinus super verb. minimus crit in mille &c. accipiens illud Saluatoris, rogavi pro te Petre, vt non deficiat fides tua, &c. standum est itaque Ecclesiæ determinationi, eiusdemque obedientiæ &c. Hinc ad rem nostram. Aurelius noster de mente D. P. Aug. exponētis illud Saluatoris 18. quęcūque ligaueritis &c. Capisti habere fratrem tuum tāquam publicanum; ligas illum in terra: sed vt iuste alliges, vide. Nam iniusta vincula dirumpit iustitia &c. ergo ecclesiastica censura semper est timenda.

Thad. Per
in 1. c. 61

Aurelius
linariensis
ser. quad.
ser. 3 in
Mat. c. 18
D. P. Aug
de verb.
Domini 2
Matt. ser.
16.

CAPVT SECVNDVM

In quo Auctor sequitur agere de eadem penarum Ecclesiasticarum materia, alias adducens rationes.

obiter tan-
git eccles.
libert. cōc.
Trid. sess.
22 ca. 11.
si quē cle-
ricorum.

Sentientes, ac determinantes oppositum illius quod tenet, & determinat eadem S. M. E. R. præcipuè circa libertatē Ecclesiasticam, sentiunt, necnon determinant contra determinationē Sacri Concilij Tridentini docentis, atque tradentis contra eorundem prauam determinationem, siue repugnantiam hoc pacto, Si quem clericorum, aut laycorum, quacunque is dignitate etiam imperiali, aut regali præfulgeat, in tantum maiorum omnium radix, cupiditas occupauerit, vt alicuius Ecclesiæ, seù cuiusuis secularis, vel regularis beneficij, montium pietatis, aliorumque piorum locorū iurisdictiones, bona, cēsus, ac iura etiam feudalialia, & emphiteotica, fructus, emolumenta, seù quascūque obventiones, quæ in ministrorum, & pauperū necessitates conuerti debent, per se, vel per alios, vel timore incusso, seù etiam per suppositas personas clericorum, vel laycorum, seù quacunque arte aut quocunque quæsito colore in proprios vsus conuertere, illosque vsurpare præsumpserit, seù impedire, ne ab ijs, ad quos de iure pertinent, percipiantur, is anathemati tam diù subiaceat, quam diù iurisdictiones, bona, iura, fructus, & redditus, quos occupauerit &c. integrè restituerit, ac deinde à Romano Pōtifice absolutionē obtinuerit &c.

videant ergo, ac profunde speculentur, nec non diligenter considerent miserrimum, & maximè periculofum statum suum, oppositum docentes, & determinantes: quoniam cuiusvis status, & dominij rōne (vt aiūt) ipsi obcæcati minimè excusātur &c. Quod quidem decretum Sacri Cōcilij Tridentini non solum videtur militare cōtra vsurpatores bonorum temporalium Ecclesiasticorum, sed etiam contra vsurpatores iurisdictionis super personas Ecclesiasticas vt clarius patebit in sequenti quinto tractatu de Ecclesiastica libertate: hoc idem dicit etiam ipsa ratio per regulam logicalem, videlicet à minori ad maius; maioris enim absq; aliqua exceptione sunt conditionis, & exiltimationis personæ Ecclesiasticæ, quam sint quæcunque temporalia bona, quoniam propter vnumquodque tale, & illud magis: idcirco non ab re dicitur, nolite tangere Christos meos &c. per quos communiter Clerici solent intelligi. Vnde D. P. Aug. eodem loco dicit verba ista esse Dei corripientis, vel arguentis Reges, ne negligenter Sanctos Patres, dicente superiori versu, Corripuit pro eis Reges, dat exēplū desumptū ex Genesi, Rex Gerarū, & Aegyptiorū diuinitus admoniti sunt, ne Abrahæ nocerent, & Rex alius Isaac, & alij ne nocerent Iacob: sic etiā Iacob noster Valētinus dicit, quasi Deus diceret, nolite tangere Patriarcas, & sanctos meos &c. & notat, quod licet Abraham, Isaac, & Iacob nō fuerint vncti olio materiali, sicut sacerdotes, & Reges

Auctor veterum obiter tangit libertatē ecclesiasticam.

*Philos. 1^a post c. 2.
Ps. 104.
Gen c. 21.
& 26.
Iacob. Valent.*

D. Fulg.
Episc. Ru
sp. ser. 5.
lect. 2. cir-
ca finem.

Pf. 62.

post Moysem, fuerunt tamē vñcti oleo Spiritus Sā
cti &c. ideo nolite tangere &c. Quocirca optimē
ad rem nostram facit id quod dicit S. Fulgentius
noster Episcopus Auspensis in sermone S. Stepha-
ni, Solus descendit Dominus, vt multos eleuaret:
humiliauit se Rex noster, vt suos milites extolle-
ret: inter quos milites nulli dubium est principa-
lem locum clericos tenere, ex eo quia idem D. Ful-
gentius de Diuo Stephano clerico loquitur; quo-
modo autē exaltati essent clerici, si Reges, ac Prin-
cipes quicumque eisdem nocere possent, & ius ali-
quod super ipsos haberēt? Nolite ergo tāgere &c.
Quo circa si Regibus Patriarchas tangere nō lice-
bat, multo minus eisdē Regibus Sacerdotes quo-
scunque offendere licebit: qua propter versu supe-
riori eiusdem Psalmidicitur, Non reliquit hominē
nocere eis, & corripuit pro eis Reges: & contra trā-
sgressores sequitur D. Prophetā dicens, Nolite tan-
gere &c. & vocauit famem super terram &c. & om-
ne firmamentum panis contriuit. Et hęc fames nō
solum ortum habet sepe à terrę sterilitate, sed etiā
à tempestatibus, & his similibus (vt manifesta ex-
perientia docet) & à bellis, quæ iustis de causis cō-
tra transgressores à S. M. E. R. fiunt, & fieri possunt
toties quoties opus est: vñde dicitur, Dissipa gētes,
quæ bella volunt, videlicet propter eorum contu-
maciam, & rebellionem ab eadem S. M. E. quæ vti-
que vti potest bello iustis de causis ad coercen-
dam, siue reprimendam populorum superbiam, ni-
miam.

miamque audaciam, contra quam iustè exclamat Spiritus Sanctus dicens, deo tenuit eos superbia, operti sūt iniquitate, & impietate sua. Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum, transierunt in affectū cordis, cogitauerunt, & locuti sunt nequitiam, iniquitatem in excelsis, nempe Dei, & Ecclesiæ, locuti sunt: sed accidit eis sæpè id, quod sequitur in eodē Psalmo, Posuerunt in cœlum os suum, & lingua eorum transiit in terra, quia Sanctam M. E. C. nunquam superare potuerunt, imò maxime puniuntur, punienturque in posterum, præcipuè iusto bello, ac alijs pœnis superius tactis: De bello autem Philosophus ad rem dicit, Quoniè furati sunt, fit bellū: sic ipsi contumaces, & rebelles quoniam furantur, & furati sunt iurisdictionem Ecclesiasticam super bona, & personas Ecclesiasticas, quorum omnium omninò sunt incapaces, ac contra eosdem (vt dictum est) ne dum iustè militat excommunicationis gladius, seu pœna, quam contemntes per annū integrum incidunt in manifestum hæresis suspensionem, vt habetur Sacro Conc. Trid. sed etiam gladius corporalis, dum iustum bellum ab eadem S. M. E. C. geritur &c.

Præterea B. Albertus noster Patavinus, verb. Amen dico vobis quæcunque alligaueritis &c. dicit, Manifestat Christus auctoritatem Ecclesiæ peccatorem admonentis, & præipientis emendationem, atque etiam excommunicantis rebellē &c. & parum infra eodē loco similiter dicit, Quonia m
magna

Pf. 72

*Philos. 2.
Pby. tex.*

*96.
Cōc. Trid.
sess. 25. c.
3 quamvis
excommunicationis
gladius
&c.
Alb. Pat.
tau. in D.
matt. c. 18*

duplex
ecclesie
potestas.
Quatuor
modis li-
gat, & sol-
uit eccles.

Ps. 118.
Isa. 6. 5.

B. Sim. de
Cass. li. 9.
de Relig.
10. c. 44.
Matt. c. 18
& Lucę
c. 17.

magna est potestas tradita Ecclesie, vt quod per eam fit in terris, confirmetur in celis: ideo ne incredibile videretur rei magnitudo, præmissi tamen, idest iuramentum &c. & duplex est Ecclesie potestas, ligandi prima, soluendi secunda; ligat autem, & soluit quatuor modis Ecclesia. Primo modo ligat leges instituendo soluit autem, leges humanas infringendo, quæ salutis humanæ repugnant; secundo modo ligat officijs, vel dignitatibus aliquos præficiendo: soluit autem ab officio, & ab administratione indignos deponendo &c. tertio modo ligat præcipiendo, iudicando, & sententiando: soluit autem in dispensando in præceptis suis, & in irregularitatibus, & sic de alijs similibus &c. quarto modo ligat per excommunicationis sententiam &c. & hoc ad rem nostram modo facit &c. soluit autem cum excommunicatus paruerit, seu obedierit Ecclesie mandatis, & soluit à peccatis in confessione, &c. peccata enim sunt funes animas ligantes, &c. Funes peccatorum circumplexi sunt me, & Isa. Qui trahitis iniquitatem in funiculis &c. En igitur quomodo S. M. E. rectè vtitur gladio excommunicationis contra inobedientes &c.

Præterea idem optimè sentit, atque docet B. Simon noster de Cassia accipiens illud Matth. & Lucę, Quod si te non audierit, dic Ecclesie &c. dicit, eorum est desperanda salus, quibus odiosa est correctio, & tibi, & omnibus anathema fiunt, & ab omni conuersatione semoti, qui proximum suum, &

dein-

deinceps auctoritatem Ecclesiasticam animo contumaci contempserint: quoniam se ipsum Diabolum facit qui corrigi nequit, & propemodum homo delinquens, iuste correctioni non subditus, paucior est diabolo, cum corrigi nolit, & nequit &c. Dū antequam audiat vltimam sententiam super se ipsum inferendā, & ne vilipēdēda Ecclesiastica iurisdīctio videatur, ipse Saluator quantæ sit auctoritatis, & conformitatis, insinuat dicens, Amen dico vobis quia quæcunque alligaueritis &c. sic etiam asserit Ambrosius noster Parthenopeus, verb. Sit tibi sicut ethnicus, & publicanus, dicens, Eorum desperanda est salus &c. vtsupra: idcirco similiter dicit Gabriel noster Anconitanus, quæcunque alligaueritis &c. dicit, recentiores negantes auctoritatem datam à Christo Ecclesiæ suæ, incidunt in heresim Nouatianorum &c. ergo S.M.E. rectè vtitur suis tēporibus, & locis gladio excommunicationis, seu sentētia, ac alijs censuris Ecclesiasticis contra contumaces atque rebelles &c.

Præterea Dominus Hieronymus noster Seripandus Neapolitanus dicit, Claves Petri vniuersam administrant Ecclesiam, singulasque eius partes ordinant, & temperant, præcepta fidei, spei, & charitatis dant &c. & parum infra eodem loco, obtemperantibus, & bonis cœlorum regnum, seu aditum aperiunt, & contumacibus, ac improbis claudunt: & hæc claves non solum in infimis, ac medijs sed etiam in summis, & excellentioribus mēbris Ecclesiæ &c.

& pa.

Amb. Pat.
the. in ser.
quadrag.
ser. 3. 3.
Rom.
Gab. Anc.
li. ser. qu.
arag ser. 3.
Dou. 3. p.
1. ser. sup
illud Mat.
c. 18.

Hier. Nea.
pol. in ep̄i
st. D. Apo
st. ad Gal.
9. 14.

& parum infra eadem quaestione dicit, Pater igitur omnes Christianos homines hanc Petri potestatem excellentem oportere admirari, suspicere, venerari, timere, colere, & obseruare, si in Christi grege esse cupiunt, & Ecclesiae membra esse volunt; si formidolosum anathematis nomen horrescunt, ut sanae mentis homines horrescere solent (ut par est) e contra verò qui summam huius potestatis spernunt disciplinam, spernuntur; obedientiam abijciunt, neque in grege Christi, neque membra Ecclesiae, neque plane Christianos nos appellare debere manifestum est: anathemata enim sunt, nullaque ratione ad Ecclesiam pertinent in Petro fundatam, & in successoribus, de mente D. Hilarij viri sanctissimi super D. Marthæum dicentis, o Beatæ Cœli ianitor, cuius arbitrio clauis æterni aditus traduntur, cuius terrestre iudicium præiudicata auctoritas sit in Cœlo, ut quæ in terris, aut ligata sunt, aut soluta &c idem Hieronymus Scripãtus docet idem in expositione eiusdẽ epistolæ ad Galatas c. i. verb aut angelus &c. anathema sit &c appellat excommunicatum, pernitiolam bestiam, ac pestem execrandam &c. excommunicationis miserabilem sententiam non timentem &c.

CAPVT TERTIVM

In quo Auctor sequitur agere de pœnarum Ecclesiasticarum materia, alias adducens rationes.

Gregorius noster Nunnius, de mente D. Gregorij adducetis exemplum de Henrico Rege Theutonico III. & Imperatore huius nomi-

nominis III. quo exemplo ostendit, quanto efficacior sit ecclesiastica auctoritas in coercendis sceleribus, quàm omnium Principum terrenorum potestas. Nam Rex ille in omnium vitiorum genus prolapsus, utranque iustitiam ledens, cum monita Sûmi Pontificis (apud quem Imperij Principes conquesti fuerant) contempsisset, ecclesiastico gladio, nempe excommunicatione percussus, Imperatoria, et Regia dignitate priuatus, didicit ecclesiasticas censuras armato tyranno milite formidabiliores esse: & parum infra idem Gregorius eodem capite dicit Adrianum Summum Pontificem excommunicasse desiderium Longobardorum Regem, aduersus Romanam magno cum exercito venientem, &c. & Ioannem Angliæ Regem similiter excommunicasse, &c. Patet itaque quam timenda, atque formidanda sit censura Ecclesiastica, quomodo, & qualiter Ecclesia eadem semper vsa sit contra inobedientes, atque rebelles &c.

Præterea hoc idem probatur auctoritate sacri Apostolorum Concilij Canon. 11. vbi sic dicitur, Si quis cum excommunicato, saltem in Domo locutus fuerit, iste communionem priuetur, & Canon. 13. inter alia &c. excommunicato verò proteletur ipsa correptio, tanquam qui mentitus sit, & Ecclesiam Dei seduxerit &c. Clarè itaque apparet auctoritas, antiquitasque, necnon & vsus excommunicationis, quam quoddam modo B. Aug. noster Anconitanus diffiniens dicit, excommunicationem esse separa-

Bb tionem

*Exempla
maximè
tanda.*

*Ex summa
Conc. Can.
9.*

*B. Aug.
Anc li. de
pot. Eccl.
q. 27. ar. 1*

*Aug. Der.
in confess.
dilucid pag
84.
Excommu-
nicatio du-
plex.*

*B. Aug.
Anc li de
pot. eccl q
27 art. 2.
incorp.
Aug vi
nus Neap
lib 5 stu-
dij sui uc-
rae sapien-
tia c. 21.*

*Thom. Ar
g. 4. sent.
dist 19 q.
1. art 4. ad
4 arg.
arb. 2.*

tionem à fidelium communione &c. & Antonius Myricius Derthonensis noster in suo confessariorum dilucidario pag. 84. distinguens de excommunicatione, dicit duplicem esse, quandam à iure, quæ obligat in perpetuum, & est registrata in corpore iuris Canonici, in sacris Concilijs, & in Bulla Cena Domini &c. & quandam dicit esse ab homine iudice spirituali &c. ex quo etiam clarè patet, qualiter eadem excommunicatio semper fuit poena antiqua, & separatiua à fidelium communione &c.

Præterea B Aug. noster Anconitanus, & Augustinus noster Neapolitanus optimè docent, quomodo excommunicatio maior non fertur pro quo libet mortali peccato, sed solùmmodo pro incorrigibilitate, vel pro contumacia, dum contumax recusat venire ad iurisdictionem peremptoria citatione recepta, vel dum iurisdictionem superioris cõtemnit, citationem superioris sibi factam occultando, vel ne ad ipsum perueniat impediendo &c. ita etiam sentit, & docet Thommas noster Argentinensis, excommunicationem esse medicinam, vt excommunicatus emendetur, & à sua pertinaci rebellionerepiscat: & parum infra eodem articulo, iustè potest qui excommunicari pro sua contumacia, præcedentibus admonitionibus &c. idem eadem quæst. oppositam sententiam, & positionem confutans, dicit, omnis opinio repugnans sacre scripturæ est Hæretica: at quia expressè inuenimus in sacra scriptura Diuum Apostolum tulisse excommunicationis sè-

rentiam

sententiam contra rebelles peccatores, & contra prædicantes falsam doctrinam &c. & contra apostatas à fide &c. & contra falsam doctrinam seminantes; Si ecclesiam non audierit, sit tibi &c. En itaque quomodo opposita positio expressè repugnat sacrae scripturae: ergo talis opposita positio est hæretica, dicit ipse Thomas Argen. &c. & quia, ut idem dicit eodem lib. 4. potestas spiritualis est maioris dignitatis, quàm temporalis &c. ergo maior potestas potest minorem corrumpere, utendo etiam sententia excommunicationis; cum etiam dicat D. Thom. de mente D. Apost. Arma militiæ nostræ contra pertinaces est excommunicationis sententia; cui satis apertè ad hæret id quod dicit B. Aug. noster Ancon. dicens, Excommunicatio propriè est mucro Papæ, & Episcoporum: unde D. P. Aug. in Psal. dicit, Quid est quod tu dicis? indica quod vis, tantum indica; prorsus si in aliquo repugnauerimus, anathema sumus &c. & parum infra eodem Psal. dicit, Ille autem, contra quem prolata fuerit sententia, & si iam effringi non potest, quia tenetur iure, fortè nõ Ecclesiæ, sed Principum secularium, qui tantum Ecclesiæ detulerunt, ut quidquid in ea iudicatum fuerit, dissolui nõ possit &c. Clarè igitur apparet quantum, & quomodo docimenda sunt excommunicationis arma, & sententiæ, quanti sint vigoris, ac etiam quod non est aliud humanum supra Ecclesiæ iudicium, ad quod accedere, siue recurrere liceat. Qua propter necessario standum est Ecclesiæ iudicio, quæ talem habet

Ad Gal. c. 5.
Ad Tim. I. c. 1.
Ad tit. c. 3.
Io. Epist. 2. Cath.
Matt. c. 18.
Thom. Arg. li. 4. ead. q. 1. art. 1.

D. Tho. 2. 2. q. 4. art. 2. ad 1. arg.
D. Apost. Cor. 1. 10.
B. Aug. Anc. de pot. eccl. q. 10. art. 5. in corp.

descriptio excommunicationis D. P. Aug. Psal. 25. conc. 2. in v. moximus vigor excommunicationis iudicium que ecclesie sicut.

petrus de
Arag. lib.
de iust.
& iur. q.
62. art. 3.
Leonard.
Gall lib.
cont. mist.
iniquita-
tis.

Thom. Ar
2. 3. sent.
dist. 37. q.
1. art. 1.
phil. 10.
& hic. 6.
11.
D. Thom.
12. q. 97.
artic. 2. in
corp. 2.
pelbartus
4. sent.
verb. exco-
munic. c. 2.
Inst. lib. de
iur. nat.
gen. et in.
S. ex non
scripto.

consuetudinem, & vsum antiquum excommunicandi contumaces, & rebelles. Vnde Petrus noster de Aragona dicit, Duo sunt necessaria, vt consuetudo pro lege possit interpretari, primo vt sit adeo aperta, & recepta, vt nemine possit latere, Secundo vt Princeps formaliter approbet eum modum, seruado, &c. & Leonardus noster Aurelianensis Gallus, contra oppositionem decimam verb. In Republica bene constituta pag. 57. lect. 33. dicit, Diuturna consuetudo pro iure, & lege in his, quæ non ex scripto descendunt, obseruari solet & lect. 35. Sed & ea, quæ longa consuetudine comprobata sunt, hac per annos plurimos obseruata, velut tacita Ciuium conuentio, non minus quàm ea, quæ scripta sunt, iura seruantur, &c. sed modo iam dicto semper vna est Ecclesia contra contumaces &c. ideo satis doctè dicit Thomas noster Argentinensis de mente Philosophi, legibus omnia ordinata esse, non enim erunt tristia consuefacta, idcirco ad rem optimè dicit D. Thom. Ad obseruandam legem plurimum valet consuetudo; Similiter Pelbartus dicit, Consuetudo dat iurisdictionem, & Inst. lib. tit. de iur. nat. ergo optimè facit S. M. E. C. Romana sic procedendo contra contumaces &c. cum plenum ius habeat. Vnde D. Thom. cont. Gent. dicit, Manifestum est, quod summa potestas regimini fidelis populi ad episcopalem pertinet dignitatem, & quauis populi distinguantur per diuersas dieceses, tamen sicut vna est Ecclesia ita vni oportet esse populum Christianum, cuius vnum sit caput,

caput, ne per diuersitatem capitum per diuersas sententias diuidatur; cum Regimen Ecclesiæ sit optimè ordinatum &c. cum etiam Ecclesia militans deriuetur à triumphanti, in qua vnus præfidet summa habens facultatem in toto vniuerso; sic in militanti (suple Ecclesia) vnus Summus Pastor &c. ad quæ, vt dicit idem D. Thom. in principio eiusdem capituli, & 2. 2. maiores, & difficiliore quæstiones Ecclesiæ determinandæ referuntur: & eodem capite quo supra idem D. Thom. dicit, ratione finis, qui est pax quæ melius seruatur per vnū caput, quā per plura capita; Hinc meritò Leonardus noster, qui supra, Gallus eodem libro contra misterium iniquitatis verb. Episcopo Romano pag. 58. Romanam Ecclesiam appellat caput omnium Ecclesiarum de mente D. Eugenij Episcopi Cartaginensis &c. & sic liberè dicere possumus hoc principale caput Ecclesiæ rectè vti posse censuris Ecclesiasticis, alijsque penis ad pacem conseruandam in Populo Christiano, contumaciamque repellendam: quia, vt refert idem D. Thom. D. Apost. inquit. Ad ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata, &c. quæ (Diabolo suggerente) sæpè accidunt. Vnde non tollerentur, vel saltem impedirentur Pontificia auctoritate, cuius est comprimere nimiam populorum audaciam, seu contumaciam, atque rebellionem per oportuna remedia Ecclesiastica. Vnde etiam B. Egidius noster Rom. Aliquis potest errare circa diuina, dum tamen expressè non contradicat articulis fidei, & ijs, quæ deteg-

D. Thom.
4. cont.
Cet. c. 26.

q. 1. ar. 10

leonardus
Gallus.

D. Eugen.
Epis. Car-
tag.

D. Thom.
2. 2. qu. 1.
art. 10. in
corp.

Apost. 1.
ad Co. c. 1.
B. Egid.
Rom. 1.
sent. dist.
33. art. 6.
in corp. es
ad secun-
dum.

determinata sunt ab Ecclesia; & dato quod ex dictis eius possit elici aliqua conclusio, quæ esset cōtra articulos fidei, vel contra ea quæ tenet Ecclesia, ita tamen quod ipse ignoraret talem deductionem, sed si ei nota fieret talis, & ostenderetur sibi quod dicta eius contradicunt his, quæ tenet Ecclesia, si ipse ex tunc suam positionem non dimitteret, scilicet errando peccaret: si errorem suum cum pertinacia assereret, esset hæreticus. Modo sic S. M. E. iam determinavit prædicta superius, & dicenda inferius, non licere aliquo pacto, sub quouis colore personis sæcularibus cuiuscunque dignitatis existentibus vsurpare, vel impedire bona Ecclesiastica, ac aliquam iurisdictionem exercere contra personas Ecclesiasticas. ergo tales, postquam sibi constat, si non dimittunt huiusmodi falsam positionem, & pravam operationem, Hæretici efficiantur pertinaciter perseuerando, & sic contra Hæreticos præcipuè militat excommunicationis mucro, vt patet per D. Thomam dicentem sic; Circa hæreticos duo sunt consideranda, vñtū quidem ex parte ipsorum, aliud verò ex parte Ecclesiæ: ex parte ipsorum est peccatum, per quod non solum meruerunt ab Ecclesia per excommunicationem separari, sed etiam per mortem à mundo excludi: multo enim grauius est corrumpere fidem, per quæ est animæ vita, quam falsare pecuniam, per quam temporali vitæ subuenitur. Vnde si falsarij pecuniæ vel alij malefactores statim per sæculares Principes iustè morti tradunt; multo magis hæretici statim ex quo
de

D. Tho. 2.
2 q. 10. ar
t. 3. in cor
po.

pulchra
compara-
tio per si-
militudi-
nem.

de Hæresi conuincuntur, possunt non solum excom-
municari, sed etiam iustè occidi, ex parte autem Ec-
clesiæ est misericordia ad errantium conuersionem:
& ideo non statim condemnat, sed post primam, &
secundam correptionem, vt Apostolus docet. Hære-
ticum hominem post primam, & secundam corre-
ptionem deuita: postmodum verò si adhuc pertinax
inueniatur, Ecclesia de eius cõuersione non speras,
aliorum saluti prouidet, eum ab Ecclesia separando
per excomunicationis sententiã, & vltèrius relinquit
eum iudicio seculari à mundo exterminandum
per mortem; dicit enim D. Hieronymus, Re-
secandæ sunt putridæ carnes, & scabiosa ouis a cau-
la repellenda, ne tota domus, massa, corpus, & peco-
ra ardeat, corrumpatur, putrescat, & intereat. Arius
in Alexandria scintilla fuit, sed quia non statim op-
pressus fuit, totum orbem eius flamma populata
est &c. Sed si hæc omnia de vno priuato heretico di-
cuntur, quid dicetur de vno populo, vel Re-
publica, vel Regno? certè multo magis puniendi e-
runt pertinaces, & Hæretici, ne maius malum agant
plures, quam vnus solus, vt egregiè docet D. Thom
vbi supra &c.

D. Apost
ad tit. c. 3.

D. Hier. c.
24.

CAPVT QVARTVM

*In quo Auctor sequitur agere de eadem materia
censurarum alias adducens rationes &c.*

Petrus Aquilanus, alias Scorellus Franciscanus
fundamentaliter dicit, Sicut in corpore natura-
li, sic suo modo in corpore mystico Ecclesia se
habet,

D. Apost.
ad Rom. c.

12.

Pulchrū
figūle.

duplex ex
com. alia a
iure, et al-
ia a iudic-
ce.

petr. Ara-
g. lib. de iu-
ri. & iur.

q. 7. art. 1.

& 2.

multiplex
genus con-
tumacia.

q. 24. q. 3.

pe illicita.

su q. 11. q.
3. certum
est & c.

hēt, s̄m D. Apostolū dicentē, Sicut in corpore multa
mēbra habemus &c. sed in corpore naturali mēbrū
putridū secatur, ne totū putrescat corpus; sic et fieri
debet in corpore Ecclesię mistico, mēbra putrida, se-
cāda s̄nt per excōmunicacionis sententiā: at cū rebel-
les, & contumaces sint veluti huiusmodi mēbra pu-
trida, alias Ecclesię partes, & mēbra putrescētia, er-
go secādi sunt modo prædicto &c. 2. idē Doctor Pe-
trus Aquilanus ibidē declarat, quomodo hæc pote-
stas secādi, & ressecandi collata sit Petro, & successo-
ribus suis à Christo Dño &c. 3. loco docet, quomo-
do quis excōmunicari debeat, distinguēs primo de
duplici excōmunicacione, alia à iure, & alia à iudic-
ce, prima est præseruatiua, secunda curatiua, prima
ad euitādā culpā, ad præseruandāque libertatē Eccle-
siasticā, secūda verò fertur propter cōtumaciā; ideo
admonitio sēper præmitti debet, vt sic de contuma-
cia excōmunicetur, & nullū debet iudex excōmuni-
care, nisi pro mortali peccato, præcipuē pro cōtuma-
cię peccato, vel cui annexa est cōtumacia: sic et do-
cet Petrus noster de Aragona, excōmunicatio poni
pōt de peccato præterito, &c. ergo cum contumacię
peccatū præcesserit, contumaces iuste excōmuni-
cari poterūt &c. notat tandē ibidē idē Petrus Aquila-
nus vbi supra, multiplex esse cōtumacię genus; pri-
mū quando quis sufficiēter vocatus ad iudiciū non
venit, nec vllam remanendī habet causā, s̄m quando
venit, & respondere contemnit; tertiu, quando ve-
nit, & antequā debeat, discedit, vt patet in præallega-
tis,

tis, quartū, quando sententiæ vel non obedit, &c. & hæc vltima conditio præcipuè facit ad rem nostrā contra contumaces S. M. E. C. R. nolentes, & sæpè negligentes, immò valde contemnentis eidē S. M. E. obedire, atque sententias eiuldem nihil facientes: id circo iustis de causis ab eadē S. M. E. prædicti possunt excōmunicari, & de facto excommunicātur, & pro talibus habendi sunt apud oēs Catholicos, & de fide bene sentientes &c. Hinc Alphonsus noster de vera Cruce dicit ad rem nostrā, Iudici Ecclesiastico licet vti sntia excōmunicationis, p̄ op̄ fuerit etc. Præterea D. Bonau accipiēs illud Saluatoris verb. Quod si ecclesiā nō audierit &c. exemplo D. Apost. manifestū fornicatorē tradidit Sathane, Si quis nō amat Dm̄ Iesū Christū, Anathema sit: si ergo D. Apo. administratores Ecclesię subiectos excōmunicavit, ergo pari rōe, & multo magis poterit et̄ tota Ecclesia, vna cum capite suo summo Pontifice, &c. & accipiens ex moralibus dicit Si quis Paterfamilias s̄m̄ rectū rectitudinis ordinem filium inobedientem haberet, extra domum ad tempus ei jceret vt̄ saltem sic corrigeretur: ergo à pari ille, qui præest in Domo Dei (vt̄ Papa) potest, & debet consimiles, idest inobedientes ei jcere extra Domum Dei, idest extra communicationem per excommunicationis sententiam, &c. sic etiam ipse affert illud exemplum de membro putrido ressecando (vt dictum est parum supra) & in corpore Articuli affert intencionem suam per exemplum in medicina;

Cc libus.

Alphonsus de vera Cruce 3 p speculi coniugiorum art 5. concl 4. D. Bonau. 4 sent. dist 18 art. 1. mat. c. 18 D. Apost. 1. Cor. c 5 & Cor. 6. vlt. pulchrum exemplū.

Duo pul-
chra exem-
pla.

art. 2.

libus . Sicut . n . in medicinalibus duplex est curandi
modus , per medicamenta lenientia , & aspera : cura-
tur aliquis per appositionē emplaſtri , & aliquis cu-
ratur per ſecationē mēbri putridi &c . ſic ē in mora-
libus duplex eſt modus corrigēdi , per dulces admo-
nitiones , & per aſperas increpationes , ſm̄ qđ duo
ſunt hominū genera , quidā . n . faciles , & placabi-
les , & quidā duri , & rebelles &c . ſic ē in diſciplinis
acquirendis , nolentibus accepta re rōnem oſtēſiſſi-
ſit argumētatio ducēs ad impoſſibile &c . ſic ē D.
Inſtitutor , & fundator Eccleſiæ eidē non tm̄ dedit
medicamēta Sacramētorū ad curandū &c . ſed gla-
diū ſpiritus &c . quod eſt verbū Dei , & poteſtatē am-
putandi , & reſecandi contemptores , & rebelles , &c .
& idē D. Bonau eadē diſt . fundamentaliter probat ,
quod quis excōmunicari pōt , præcipuē pro contu-
macia , pro dāno , & iniuria illata Eccleſiæ ; gladius . n .
datur ad deſenſionē : ſed poteſtas excōmunicandi
eſt gladius ſpiritus , ergo iuſtū eſt vnū quemque
puniri in eo , in quo peccat ; ſi ergo quis priuatus ,
vel populus , vel Reſpublica , vel quilibet Princeps
cuiuſcunq; gradus , & dignitatis exiſtat , peccat
in S . M . E . C . contumaciter reſiſtendo , damnū , vel in-
iuriā inferendo , nō debet carere iuſto ſupplicio , ſeu
pœna &c . ſed uſurpatores bonorū Eccleſiæ , vel iuriſ-
dictionis ſuper perſonas Eccleſiaſticas damnū in-
ferunt , auferendo , vel impediēdo , iniuriā faciūt &c .
ergo cautū eſt , vt puniantur ſaltē per excōmunica-
tionis ſententiā : & quia multi ſepē ſe ipſos excuſāt

ſub

sub prætextu, & colore iniuste sententiæ excōmunicacionis: idcirco Pelbartus optimè dicit, Sententiæ Pastoris, siue iusta, siue iniusta fuerit, timenda est, ut dicitur in Canone, Iniuste sententiæ debet homo parere, ne ex superbia ligetur, qui prius ex puritate conscientiæ absolutus habebatur. Ita et docet B. Aug. noster Anconitanus lib. de potest. Ecclesiast. de mente D. Gregorij Papæ, Siue iusta, siue iniusta timenda est &c. Vnde per optimè docet idem B. Aug. eadem questione, eodèque articulo in corpore septem esse casus, in quibus sententiæ excōmunicacionis nec est timenda, nec tenenda. Primus casus est, si non feratur à suo iudice. Secundus est, si feratur à iudice excōmunicato. Tertius est, si quis excōmunicetur à delegato contra intentionem delegantis. Quartus est, si feratur sententiæ post interpositam appellationem. Quintus est, si feratur à suspensio à potestate iurisdictionis. Sextus est si feratur nulla admonitione præmissa. Septimus est si sententiæ contineat intollerabilem errorem, ut puta peccatum mortale, vel aliquid quod sit contra fidem. Planum est autem excōmunicacionem Papalem aliquando latam, vel ferendam, nullo istorum modorum esse contemnendam, sed potius summo opere timendam, quoniam nemo veraciter dicere, & asserere potest Papam non esse verum in hoc sæculo supremum iudicem, vel esse delegatum, cum sit summus Pontifex, vel esse excōmunicatum, & sic de alijs casibus prædictis; cum idem summus Pontifex in huiusmodi sententijs excōmunicacionis ferendis se per canonicè procedat &c. ergo quæcumque

Cc 2 Papa.

Pelbartus

4. sēt. rer.

excomm.

§. 18.

q. 11 c. 1.

B. Aug.

Anc lib.

de potest.

eccl. q. 27.

art. 3.

D. Greg.

11. 3.

Casus in

quibus po

test. quis

non time

re senten

tiam excō

municatio

nis

Pulchra

doctrina.

Tho. Arg.
4. sen. dist.
19. q. 1. ar.
v. ad 4.

pulchram
exemplum

D. p. Aug.
in mat. c. 5

D. Greg.
in mat. c. 3

Papalis sntia excōmunicationis lata, vel ferēda contra contumaces, & rebelles valde ab ipsis timēda est, & non solū excōmunicationis sntia: sed et suspēnsionis, & interdicti sntia sēper timēda est, cū valeat, & sūmo iure teneat, ac à sūmo iudice feratur, nec recurrere licet ad alios inferiores iudices, ex eo quia vt optimè docet Thom. n̄ Arg. sicut si quis habēs clauē materialē, habensq; manus ligatas, non posset aliquā aperire materialē Ianuā &c. quādiū manuū ligatio duraret sic ad rē nostrā, quamuis Sacerdos inferior, vel suspensus, vel excōmunicatus, vel Hæreticus, vel scismaticus, vel degradatus, verè sit sacerdos, vel fuerit habēs clauēs Ecclesiæ: quia tñ cuilibet istorū vsus clauū Ecclesiæ est interdictus, & ligatas manus habere dicit &c. Vnde quicumq; Sacerdotes non timētes quascūq; cēsuras Ecclesiasticas, vtentes eisdē Ecclesiæ clauibus, pessimè faciunt, siuè prauè agūt, grauiterq; peccāt, cū D. P. Aug. dicat, huiusmodi Sacerdotes admonēs, Qui erūt hoīes, p quos a vobis error auferat, cū vos elegerit Deus, per quos errorē auferat cōterorū? & D. Greg. eodem loco super Matthæū &c. similiter dicit, Nullū aut̄ puto fratres carissimi ab alijs manus p̄iudiciū, quā à Sacerdotibus suis tollerat Deus: quoniā eos, quos ad aliorū correctionē posuit, dare de se exēpla prauitatis cernit &c. Qua de re ex dictis istorum S. S. P. P. clarè colligitur, Sacerdotibus maximè conuenire, primò à peccatis, erroribus, & scādalis cauere, secundo alios corripere, seu corrigere, & p̄cipuè vigente p̄cepto

non

nō solū diuino, sed et pōtificio, dū p̄cipitur explicite
 ip̄s Sacerdotibus à Sūmo Pōtifice, vt se ab̄stineāt
 ab illicitis, & vsu clauū contra s̄ntiam suā latā &c.
 cū ergo sit propriū munus oīum Sacerdotū errores
 corripere, seu emēdare, multo magis erit Sūmi Sa-
 cerdotis, nēpē Pape, ad quē certē nō solū spectat pra-
 uos hoīum mores emēdare, sed et humanas leges li-
 bertati Ecclesiasticæ, necnō æquitati repugnantes
 moderare: i. h̄circo B. Aug. n̄r Ancon fundamētali-
 ter dicit s̄m glosā super illo verbo Psalms, lex Dñi
 immaculata conuertēs aīas, Papa est executor diui-
 næ legis. Vnde sicut lex diuina hēt corrigere huma-
 nas leges, sic & Papa. Lex aut̄ diuina hēt corrigere le-
 gē humanā quatuor modis, de mēte D. P. Aug. 1. mo-
 do p̄ oīū malorū punitionē, non .n. lex humana oīa
 mala punit: sed solū, quæ pacē publicā p̄turbare pos-
 sūt, & in graue hoīum nocumētū redū dare, lex aut̄
 diuina nihil impunitū relinquit 2. modo p̄ interio-
 rū animorū cohibitionē, vel sententiationē, quia le-
 ge humana nō sētētiat̄ homo p̄ illa, quæ in aīo gerū-
 tur, sed per illa, quæ exterius manifestātur. 3. modo
 p̄ iudiciorū retificationē, cōtingit .n. humanæ legis
 iudiciū multipliciter falli, & obliquari quod nō ac-
 cidit iudicio diuinę legis, vnde D. P. Aug. super illud
 verb̄ primæ Epist. D. Petri, si iustus vix saluabitur,
 impius, & peccator vbi apparebūt? quia tāta est Dei
 iustitia, vt quæ iusta hoībus apparēt, ad examen di-
 uinæ iustitiæ deducta iniusta appareant. 4. modo
 per finis supernaturalis cōsequutionem, quia de mē-
 te D. P. Aug. eodē libro, Lex humana literis p̄mul-

B. Aug.
 Ancon. li.
 de potest.
 Eccl. q. 44
 art. 4.
 Ps. 18.
 D. p. Aug.
 lib. 1. de li-
 bero arbit.
 Quatuor
 modis lex
 diuina cor-
 rigit hu-
 manam le-
 gem.

D. P. Aug.
 in epist. 1.
 D. Pet. 5.
 c. 4.

gata, solum hominibus s^m animalē hanc vitam vi-
uētibus opitulatur: sed lex diuina ad consequutio-
nem finis supernaturalis inducit, & iuuat. Et idem
B. Aug. n^r Ancon ad s^m argumentū eiusdē articuli
clarius loquens dicit, Sicut per Papā Imperator, &
omnis potestas instituitur, si bona est, & corrigitur
si non bona est: ita omnis lex à quocunq; feratur: p
cum, scilicet per Papā est comprobanda, si bona sit
per eundem corrigenda, si non bona sit. Cum ergo
sit præcipuū munus Papæ corrigere oīa male facta,
& praua lege male ligata, optimè, ac piè facit idem
Sūmus Pontifex ex cōmunicationis sententiam fe-
rens contra inobedientes, & rebelles nolentes sepe
corrigere, & emendare impias leges ab ipsis latis
cōtra libertatem Ecclesiasticā, atque quouis modo,
& quæsito colore contra vtilitatē eiusdē S. M. E. eo
quia sicut dicit idē B. Aug. n^r Anconitanus eodē li-
bro, eadē quæ est art. 5 fundamētaliter de mente S. P.
Aug. Lex tēporalis, quāuis iusta sit, iustè tamen per
tempora mutari pōt: vnde si iusta mutari pōt, multò
magis iniusta mutari poterit &c. & in corp. art. dicit
idem B. Aug. n^r Anconitanus, Lex est agendorū re-
gula tēporanea, quæ ponitur, & deponitur, vt huma-
na positiuā, naturalis vero lex ponitur sed nō depo-
nitur, sed mēte creatur humana. Tertia est lex diuina
quæ ab hoīe nec ponit, nec deponit. Et idē B. Aug.
eodē art. de mēte D. Greg. leges seculi nō dedignantur
sacros canones sequi, ergo &c. optimè facit Sū-
mus Pontifex, quotiescunq; opus est, moderans,
& repro-

D. P. Aug.
lib. de lib.
arb.

Diffinitio
legis.
triplex
lex.
D. Greg.
29.3.

& reprobans aliorum Principum prauas leges, iustitiæ, atque æquitati repugnantes, ac contradicentes, & sic præsens caput terminatur.

CAPVT QVINTVM

In quo Auctor sequitur agere de eadem materia
penarum Ecclesiasticarum.

Franciscus n̄ Recanatensis, de mente D. P. Augustini dicit, Nihil debet magis formidare Christianus, quam separari à Corpore Christi; si .n. separantur à Corpore Christi fideles, non sunt membra eius, non vegetantur à spiritu eius: sed hæc separatio à Christi Corpore mystico, præcipuè fit per excommunicationem, hinc dicitur, sit tibi sicut Ethnicus, &c. ergo maximè timenda est, ac formidanda huiusmodi separatio; et si esset (vt ita dicamus) iniusta quia D. Bonau. fundamentaliter, dicit glosando dictum Saluatoris ad Petrū, quodcūque ligaueris &c. manēte causa, manere debet effectus: sed causa propter quā infligitur excomunicatio, est rebellio, & contumacia, ergo &c. & in corp. art. (vt ad rē nostrā redeamus) idē dicit, Quamuis iniusta, iniustè lata sit sententia, quisque tamen tenetur eam sustinere, alioquin ex hoc ipso contemptu efficitur dignus excommunicari, & ligatur apud Deum: & infra, Siue sit ligatus iusta sententia, siue iniusta, & hoc maximè verum est de Domino nostro Papa ergo &c.

Frä. Rec.
fer. 3. Do.
4. quad.
verb. quæ
cunque al
ligaueris
tis &c.
D. p. Au-
gust. in 10
q. 11. c. 4
pulchrum
simile.
D. Bonau.
4. sēt. dist.
18. art. 6.

Præterea Thaddeus noster Locatellus Ariminē
sis eadem feria 3. Vbi supra eodem verbo quæcun-
que &c. dicit similiter de mente S. P. Aug. Omnis
Chri-

Thadd. A
rim.

D. p. Au-
g. lib de
verb. A-
post. ser.
68.

Christianus, dilectissimi: qui a Sacerdotibus (supple
habentibus facultatem) excommunicatur Sathane
traditur: quia similiter extra Ecclesiam Diabolus
est, sicut in Ecclesia Christus, ac per hoc, quasi Dia-
bolo traditur, qui ab Ecclesiastica communione re-
mouetur. Videant itaque, diligenterque perpendat
inobedientes, siue rebelles, & contumaces, quàm ti-
menda sit sententia excommunicationis.

Thomas
Bon.

D. p. Aug
lib de qu.
noui, &
vet. test.
139.

Præterea Thomas Bruinus noster Bononien. ca-
dem fer. 3. vbi supra, & verb. quæcunque &c. itidem
dicit de mente D. P. Aug. Hoc iam in Ecclesia Dei
agit excommunicatio, quod in veteri lege agebat
interfectio, ergo maximè timenda est &c.

Marianus
pisa lib.
cõc extra.
conc. c. 13
1. p.

Præterea Marianus mancinius noster Pifauren-
sis dicit, Multi seruiunt in malo malè, vt sunt here-
tici, & infideles, etiam Deo quantum ad iusticiam
punitiuam Domini sui: sed hæretici præcipuè excõ-
municantur. Ergo ad eorum periculum, ac exemplũ
prauum vitandum timenda est &c. Vnde optimè
dicit D. Amb. loquens de excõmunicatione, Rectè
ergo, & Sacerdos vulnus, ne latius serpat, a toto
corpore Ecclesiæ, quasi bonus medicus, debet absci-
dere, & proderet criminis vulnus, quod latet &c.

Amb. Ca
lep in di-
st. littera
p. verb.
pontifex.

Præterea Ambrosius noster Calepinus, olim Ca-
lepij Comes, vnde communiter appellatus fuit Ca-
lepinus, in suo Dictionario dicit, Pontifex maximus
dictus est, eo quod maximarum rerum, quæ ad Sa-
cramenta, & religionè pertinent, iudex esset, & vin-
dex contumaciæ priuatorum hominũ, & magistratuum

tuū. Vnde idē probat exēplo Numę Pōpiliij &c. ergo optimē facit Sūmus Pontifex Catholicæ Religionis contumaces puniens per censuras Ecclesiasticas &c. quia si iudex quilibet pōt de qualibet causa cognoscere, cuius officiū est amplissimū, vt habetur apud Iuris Cōsultos &c. multo magis pōt supremus Iudex Papa cognoscere omnes causas, cū generalis ratio speciali præualeat, vt habetur Glos. Inst. ratio autem auctoritatis Papalis, nemo est, qui dubitare possit, quia sit generalis: ergo sequitur idem, quod supra.

Præterea Iacobus Philipp. n̄ Bergomēsis, in suo supplemento historiarū dicit, in electione eiusdem S. Fabiani Papæ apparuisse super caput ipsius colūbā, eidemq; dixisse, Romanus Pōtifex eris, vt et scribit Martinus Historicus, hic autē Sūmus, & Sāctus Pontifex; inter alia decreta sua, hoc singulare decretum reposit, vt si quis Sacerdotibus iniuriā aliquā faceret, ipso facto esset excommunicatus. Huic accedit aliud pulcherrimū, & sūmē necessariū, vt si quis a suo iudice ordinario iniustā sententiā pateretur, appellare posset causā suā, & sententiā malē latā contra se, ad sedem Apostolicā; ergo clarē patet non solū facultas excommunicandi in sancta Dei Ecclesia Catholica Romana, sed etiam usus eiusdem sententię excommunicationis per sanctos Pontifices, & vniuersale dominium tam spirituale, quam etiam temporale, cum iustē fieri possit appellatio de omnibus ad ipsam S. Sedem Apostolicam &c. ergo sequitur idem quod supra.

Præterea Alexius n̄ Stradella Genuensis in sua le-

D d Aura

*l. vbi non
apparet. S
i. ille cum
appo. ff de
verb. obli.
Glos. inst.
de vsu ca.
S. quod
autē dictū
est.*

*Iacob. Phā
lip. sup. hē
st. li. 8. in
hist. S.
Fab. mare
& Pape.*

Alex. Stra
della 4 sct
d. 19. art.

13.

D. Tho. 1.

2. q. 97. ar

tit. 3. in

corp.

D. P. Aug.

in epist. ad

Casol.

B. Alex. à

Sax. Ferr.

D. Apost.

ad Cor. c. 5

Stura de mēte D. Thomę, fundamentaliter dicit, & de mente ēt D. P. Aug. in Epist. ad Casolanū, mos populi Dei, & instituta maiorum pro lege sunt tenenda, & sicut pręuaricatores diuinarum legum, ita & contemptores consuetudinū Ecclesiarum coercendi sunt: sed dicit iste vt supra, consuetudo Ecclesię est rebelles, & inobedientes coercere, & punire per sacras censuras. Ergo sequitur idem quod supra.

Pręterea B. Alexander noster à Saxo Ferrato, loco superius allegato, de mente D. Apost. ad Cor. probat potestatem Ecclesię etiam circa temporalia, & sæcularia, audet aliquis vestrum habens negocium aduersus alterum iudicari apud iniquos, & non apud Sanctos? an nescitis, qm̄ Sancti de hoc mundo iudicabūt? & parū infra quanto magis sæcularia? ergo clarē patet facultas in Ecclesia Dei de oibus iudicandi, & quacūque sententiā ferendi, etiam excommunicationis &c.

Io. Bapti-
sta Arri-
gus lib. 4.
tit. Sa-
cra Theo-
s. 27.

Pręterea Io. Baptista Arrigus n̄r Florētinus lib. Elementorum ita docet, Separantur à communionē Ecclesię peccatores incorrigibiles, & contumaces lex mandato Domini N̄ri Iesu Christi, tāquam Hænici reputantur, cū nec Aue illis sit dicēdū &c. & idē Io. Baptista eodē h. c. 28. dicit, Pōtifex maxim⁹, apud quē etc, sicut pertinaciter deliquētes vinculo excōmunicatiōnis, & interdīcti iustē ligat, & punit; ita ex vi absolutiōnis, & Indulgētiarū misericorditer debita peccatorū remittit Im̄ D. Apost. etc. ergo verū est idē quod supra.

D. Apost.

Pręterea August. noster Diuius Neapolitanus, auctoritate S. Conc. Trid. acerrimē insurgit contra Hæreticos,

ticos, scismaticos, & excōmunicatos, docens non esse
absoluendos quādiu remanserint in eorūdem pravi-
tate, & pertinacia. Hinc ergo colligit nō solū facultas
Ecclesię excōmunicandi, suspēdendi, & interdicensi:
sed etiam absoluendi. ergo idem quod prius sequitur.

Pręterea Ludouicus nř Lusitan^o, dicit sřm Glos. c. ne
mo. l. q. 3. §. anathema ęternę mortis est dānatio si cō-
tēnit. Sin min^o est medicinalis: & nullus est excōmuni-
cād^o, nisi p. cōtumacia, est tñ verū, qñdo ponit excō-
municatio sup act^o. oīnō nō malos (vt dicitur extra de
verb. sign.) et id patet eodē lib. et loco circa finē solutio-
nis dicti cas^o, docet qualiter excōmunicatio suū hēt ef-
fectum independenti &c. ergo timenda est &c.

Pręterea Gelasius Papa huius nominis prim^o nř, di-
scipulusq. D. P. Aug. (vt refert, ac demōstrat Ambrosi^o
nř Staiban^o Tarētinus) ipso gladio excōmunicationis
vlus fuit contra Anastasiū Imper. Cōstātinopolitanū
scismaticorū, et hereticorū fautorē &c. ergo ad tēp^o Sū-
mo Pōtifici Rom. licet vti dicto remedio excōmuni-
cationis cōtra cōtumaces, & rebelles. Hinc Nicola^o nř
Barian^o Placētū^o, Papa dicit caput vicariale Ecclesię,
quia est Christi Vicari^o cū plenitudine potestatis, q̄
ad Ecclesię Regimē requiritur. Nā omni Papę Cano-
nicē intranti dictū fuit a Dño in psona D. Petri, tibi da-
bo claves Regni cęlorū &c. Hęc aut maxima potestas
promissa est Petro, ac omni successori eius canonicē
intranti data fuit, &c. cum dixit illi Dominus pa-
sce oues meas. Vnde principalis auctoritas Ecclesię,
est auctoritas diuina, quia est auctoritas Christi

Aug. Di-
uis in
Studio ve-
re sapien-
tię lib. 2.
c. 29.
cōc. Trid.
sess. 14. c.
7.
Ludouicus
lusit. lib.
resp. ca-
sum con-
se. cong. 2.
in resp. ad
1. cas.

Gelasius
Papa 1.
Amb. strē-
banus in
templo E-
rem. 1. p.
de vita e-
ius Sūmē
Pont.
Nicolaus
placent. in
ser. quad.
ser. 4. cin.
ser. 2. cō-
clu. 1.
Matt. ca.
16.
10. 20.

Agaton
Papa d.
19 c. sic
omnes etc

Carolus
imperator

Fer. 5 ma
ior Heb.
de sacr.
comun cõ-
cione.

Greg. elp.
in scrip.
super 4.
sent. dist.
20. art. 2.
in corp.
D. P. Aug.
in epis. ad
Bonif. Pa-
pam.

Hippolit.
Rau.
Marcus
Bonon.

capitis ipsius Ecclesiæ &c. & infra eodē loco idem Ni-
colaus de mente. Agatonis Papæ dicit, Sic oēs sanctio-
nes Apostolicæ sedis accipiendæ sunt, tãquam ipsius
diuina voce Petri formatæ; & in Conc. Caroli Impera-
toris eadem dist. c. in memoriã &c. dicit ipse Carolus,
In memoriã B. P. Apostoli honoremus S. R. E. & sedē
Apostolicã, v. quæ nobis Sacerdotalis mater est Eccle-
siasticæ dignitatis, debet esse magistra rationis, quare
obseruanda est cum mansuetudine &c. & idem Nico-
laus ab illa excludit omnes excommunicatos, tanquã
indignos &c. ergo timenda est &c.

Præterea Dñs Gregorius n̄ Elparēsis in suo scri-
pto similiter asserit necessitatem eiusdē centuræ Eccle-
siasticæ auctoritate D. P. Aug. in mo exēplo, in Epist.
sua ad Bonifatium Papã, vbi legitur, qualiter idē D.
P. Aug. interdixit introitū Ecclesiæ cuidã, qui violen-
ter quēdã hominem rapuerat, & excommunicationis
sententiã incurrerat. Ergo sequitur idem, quod supra.

Præterea hoc idē multis vijs, & modis probat Dñs
Hippolitus n̄ Fabranus Rauēnas vbi supra, Marcus
Lázon^o Bonon. & alij quamplures ex nostris, dicētes,
& vtentes eodem remedio cõtra rebelles, & cõtumaces
cõtra quos iustè oĩa iura clamãt, s̄m D. D. Iuristas &c.
Rota Rom. decis. 16. de dolo, & cõtum. in Nou. Thesa.
decis. 265. per tex. in c. ei qui appellat. §. sunt et quorũ
2. q. 6. in c. de illicita 24. q. 3. Addo tex. in c. quanto 2. q.
4. in l. 2. ff. si quis in ius vocat non ierit l. de ætate §. qui
tacuit ff. de interrogat. action. Surd. cõf. 360. nu. 10. li. 3.
Bar. in l. quãdiũ institut^o 68 n. 5. ff. de acquirēda hered.

CA.

CAPVT SEXTVM

In quo Auctor sequitur agere de eadem Censurarum,
materia, alias adducens rationes.

Michael Salon noster Hispanus docet multa iudicia per censuras Ecclesiasticas excommunicationis, suspensionis, & interdicti, & q. 70. art. 4 recipit illam sententiam D. Greg. dicentis, Sententia Pastoris siue iusta, siue iniusta timenda est &c. & q. 67. art. 5 cont. 3. diffusè disputat, utrum iudex excommunicatus possit iudiciales actus exercere, necne, & negatiuè concludit. Ergo sequitur idè quod supra; Idcirco Euang. noster Bosius Patauinus, dicit (ad rem nostram) ad ostendendam vim iudicij Ecclesiastici verè, & realiter facti, iudicium Ecclesie non discrepat à iudicio Dei, quo ad sententiam eorum, qui verè absoluuntur, & ligantur, non autem quoad cognitionem eorum qui boni, vel mali sunt: quoniam Ecclesia iudicat solum externa, Deus autem scrutatur renes, & corda &c. qua de re necessario statum est Ecclesiastico iudicio, non discrepanti à Diuino (ut dictum est) & sic obediendum est eidem Ecclesie: est tamen aduertendum id, quod egregiè docet idem Euangelista noster Bosius Patauinus eodem lib. videlicet duplicem esse obedientiam, in re, & in voto, unde magis prodest prima, quam secunda, qua propter optimè et dicit Cornelius noster Lancilottus de mente D. P. Augustini rogatis omnes ut obedientiam seruent tanquam matrem quodammodo omnium, custodemque virtutum &c. & sic utentes tali sancta obedientia vitabunt periculum censurarum &c. ergo sequitur idem quod prius.

Præterea B. Abb. noster Patauinus in Luc. dicit, ex
tra

Michael
Solon lib.
de iust. &
in. qu. 67.
art. 1. con
t. 2.
D. Greg.

Euang Bo
sius patav
lib. theo-
rem. Theo.
4. dubitat.
cont. 16.
enunciat.
Theore. 2.
dubit. 5.
cont. enun
ciat. 15.
obedientia
dup. in re,
& in voto.
Cornelius
Belga li. 2.
de vita D.
p. Aug. c.
23.
D. p. Aug
lib. 14. de
ciuit. Dei
c. 20. & li
de oper.
monac &
li 8 super
Gen. ad lit
teram.

B. Alb.
pat. in
luc. c. 18.
Dom. 10.
post pent.
ser. 1.
Num. c.
16.

B. Simon
de Cass. li
de Relig.
Christia-
na l. 2. c. 1
B. Thom.
de Villa-
nova lib.
conc. cōc.
1. de san
Martino.
Iacobus
Veldius.
in suis ta-
bulis fer.
3. Dom. 3
quad. not.
3. & 4.
D. p. Aug
in ps. 88.

Nicol.
plac. lib.
ser. quad.
conc. ult.
Dom. ses-
sag.

tra templū cōgregationis fideliū est Iudeus, Paganus, Hereticus, scismaticus, & quilibet excōmunicatus, quorū oratio nō exauditur. Vnde lib. num. Moyses Deo dixit contra scismaticos &c. ne respicias q̄so Dñe sacrificia eorū &c. ergo sequitur idem quod supra &c.

Præterea B. Simō noster de Cassia ciuitate, ex sacrilegio interdū anathema incurritur inter hoīes, & propter restitutionē ablatę cōsūptęque, Dei per penitentiā indulgētia inuenitur &c. ergo idem quod supra.

Præterea B. Tho. noster de Villanova Hispanus, laudās charitatē, auctoritate D. Apost. ad Rō. c. 9. Vbi D. Apollolus cupiebat anathema esse p̄fratribus suis &c. admittit, excōmunicationē esse in Eccl. sãcta Dei tāq̄ gladiū acutū contra hostes suos &c. ergo timēda est.

Præterea Iacob. n̄r Veldi^o rationabiliter nominat, & appellat excōmunicationē diuinū fulmē igne ferocius q̄ corporib^o illæsis animā tñ acerbo vulnere, ac bonorū oīū cōmunionē priuat, quo vitūtur Christi ministri p̄ rōe eorū dē officij, ligādo peccatores ex deliberata malitia, vel aīo p̄tinaci &c. & liberādo penitētes &c. de qua excōmunicatione mentionē facit et D. P. Aug. verb. Thabor, & hermō, hermō interpretat̄ anathema ei^o.

Præterea Nicola^o noster Barian^o Placēt^o exponēs illud Matt. c. 18. si te nō audierit, dic Ecclesię, dicit hæc ipse Dñs, q̄b^o ostēdit potestātē coercendi, siue puniēdi incorrigibiles datā fuisse p̄latis Ecclesię, in qua et ipsi Pręlati punire solēt ipsos contumaces anathemate, & alijs cēsuris &c. & Dom. 2. quad. dicit, maxima p̄na, nē p̄ excōmunicationis maioris imposita est transgressoribus: ergo sequitur idē q̄ supra.

Præ-

Præterea Aloysi^o noster Bariola Mediolanensis dicit puniendos esse excommunicationis gladio contumaces, qui si per annum integrum in eadem excommunicatione permanserint, Ecclesia potest procedere contra ipsos tanquam contra Hæreticos, iuxta illud Salvatoris, si te non audierit sit tibi &c.

Præterea Dñs Bartholomæ^o noster Vrbinas, de mente eiusdē D. P. Aug. dicit, sola Ecclesia Catholica excommunicat &c. & idem in milleloquio S. Ambrosij de mente eiusdē super epist. primā ad Corint. admittit anathema &c. ergo sequitur idem quod supra.

Præterea 2. p. Decretorū q. 3. c. 2. de mente S. Gregorij, scētētia pastoris, siue iusta, siue iniusta sēper timēda est, ibidem de excommunicatione diffusē agitur, & de mente D. Io. Crisostomi excommunicatio separationē significat, & de mente D. P. Aug. Sathanæ traditur qui excommunicatur, & a Christo separatur &c.

Præterea Bartholomeus Githus Talamellensis pulchrē agit de eadem materia, & præcipuē adinatur de nimia aliquorum subditorū Ecclesiæ temeritate, minimē timentium easdem censuras &c.

Præterea postremo, & ultimo loco Thomas Talamellensis psētis opusculi collector probat idem, q̄ supra ex 1. lib Mach. legitur n. ibidē qualiter Iudas Machabe^o vs^o fuit anathemate cōtra filios Beā, q̄ erāt populo in laqueū, & ī scādālū, insidiātes eidē ī uia &c. q̄to magis ergo uti poterit pro necessitate, & opportunitate casuū accidentium in Ecclesia Sancta Dei eodem anathemate Summus Pōtifex, ut salutare remediū porrigat

spi.

Aloysius
Bariola l.
florum, co
ment. Do
mini Fran
c. pegnæ
indirect.
inquisit.

p. 2. cō. 12
matt. c. 18
bartholo
urb. in mil
leloq. D. p.
Aug. uer
b. excom.
li. 3. de he
pt. cōt. do
nat.

Ad cor. c.
5.
D. Greg.
D. Io. Cri
stost.

D. p. Aug
bart. Gi
theus lib.
superius
allegato z̄
resp. ad
multos er
rores circ.
censuras.

Ecclesiast.
Thomas
Talamellē
sis huius
oper. coll.
mach li. 1.
c. 3.

D. p. Aug
in ep Epi
75.

spiritualiter languentibus &c. eo magis, quia D. T. Aug. determinatiue docet neminem posse excōmunicari propter alterius scelus, siue flagitium, appellans excōmunicationē supplicium spirituale &c. quoniā peccatum, propter quod fertur excōmunicatio, non est originale peccatū, sed personale, siue actuale, & sic vnus propter alterius peccatū excōmunicari non debet, sed propter propriū, &c. & idē D. P. Aug. dicit, Agunt etiā hoīes pœnitentiā, si post Baptismū ita peccauerint, vt excōmunicari, & postea reconciliari, mereantur; sicut agūt in oīb⁹ Ecclesijs illi, qui propriè pœnitentes appellātur, de quibus D. Apost. dicit Ne iterū, cū venero, humiliet me Deus apud vos, & lugeam multos ex ijs, qui ante peccauerūt, & pœnitentiā nō egerunt super immunditia &c. & lib. 11. super Gen. ad litterā idē D. P. Aug. loquēs de expulsionē ipsi⁹ Adæ à terrestri Paradiso, dicit, Alienatus. n. à vita, non solū quā fuerat, si preceptum seruasset, cum Angelis accepturus, sed ab illa ēt, quam ducebat in Paradiso felici quodā corporis statu, separari vtiq; debuit a ligno vitæ, siue q̄ ex ipso illo subsisteret felix ille ipse status corporis ex re visibili, virtute inuisibili, siue quod in eo esset sacramentū visibile, inuisibilis sapientiæ. Alienandus inde, vtiq; fuerat, vel iā moriturus, vel ēt tanquam excōmunicatus. Sicut ēt in hoc Paradiso, idest Ecclesia solent à Sacramentis Altaris visibilibus hoīes disciplina Ecclesiastica remoueri, &c. & idem D. P. Aug. auctoritate D. Apostoli, Auferte malum ex vobis ipsis. Quia cū quisque impeditur ab Ecclesiæ congregatione, malos ho-

D. p. Aug.
Epis. 108
ad Selau-
cianam.

D. Apost.
2. Cor. ca.
12.

homines separare, si ex se ipso auferat malum, non eis corde miscetur, atque ita spiritualiter non solum coniungitur bonis: sed etiam separatur à malis, & c. & 2. eiusdem D. Apost. ad Timor. c. 5. neque communicaue-
 ris peccatis alienis: tanquam ille diceret, fieri posse, vt aliquis malos ab Ecclesiæ congregatione separare, nō posset, & ideo tollerare cogeretur, & 2. Cor. c. 5. quid enim mihi de his qui foris sunt iudicare, nonne de his qui intus sunt, iudicatis? & lib. vnico contra mendacium auctoritate eiusdem D. Apost. si quis non obaudit verbo nostro per Epistolam, hunc notate, & nolite commisceri cum eo, vt erubescat, & non, vt inimicum existimetis: sed corripite vt fratrem, & parum infra eodem capite auctoritate Saluatoris, si Ecclesiam nō audierit, sit tibi, sicut Ethnicus, & publicanus, & c. & cap. 5. eiusdem libri contra mendacium, dicit, cum ergo siue per negligentiam Præpositorum, si per aliquam excusabilem necessitatem, siue per aliquas occultas obreptiones inuenimus in Ecclesia malos, quos Ecclesiastica disciplina, corrigere, aut coercere non possumus, tunc, ne ascēdat in corpus nostrum impia, & perniciosa præsumptio, qua existimemus nos ab his separandos esse, vt peccatis eorum non inquinemur, atque ita post nos trahere conemur, veluti, mundos, sanctosque, discipulos ab vnitatis cōpage, quasi à malorū cōsortio segregatos & c. & per Ecclesiasticam disciplinam etiam segregatione à malorum cōsortio, intelligitur ex cōmunicatio, idē li. vnico, docet non solum tria flagitia mortifera excommunicatione puniēda

Ec donec

1. Cor. c. 5.

2. ad Tim.

c. 5.

2. Cor. c. 5.

D. p. Aug.

lib. cont.

mendacior.

c. 3.

2. ad thess.

sal.

matth. c. 18.

D. p. Aug.
lib. de fide,
& oper. b.
c. 19.

D. p. Aug.
lib. 5. q. in
Deu. q. 71.
Deu. c. 24.
D. Apost.

1. Cor. c. 5.
D. p. Aug.
de verb.

Domini
secundum
Matt. c. 6.

& de tēp.
ser. 12.

Ad Epb. c.
3.

D. p. Aug.
de tēp. ser.
329.

donec humiliori pœnitentia sanentur, nempe impietatem, idolatriam, & homicidium: sed et multa alia scelera &c. & lib. 5. quaest. in Deut. auctoritate D. Apost. Quid enim mihi de his, qui foris &c. & de verbis Domini secundum Matt. c. 6. idem Apostolicum dictum repetit, & Hom. 50 & de tempore ser. 42. auctoritate D. Apost. In charitate radicati, & fundati &c. talem ergo charitatem habeamus (Fratres) ut omnes homines toto corde amare possimus &c. & parum infra, Dilige ergo, & quidquid volueris fac; ama ex toto corde tuo, & quod volueris exerce in proximo tuo. Si irasceris dulce est, quia de charitate procedit: si corripis, suaue est: si castigas, etiam flagellas, acceptabile est, quia verus amor est & quando castigas, quando etiam de Ecclesia proicis foras. Et sic excommunicatio ex charitate procedere debet &c. & de tempore multoties mentionem facit de excommunicatione, docens excommunicatos esse omnes negantes fidei articulos, praecipue circa diuinam incarnationem &c. ex quibus omnibus sapientissimis dictis, & sententijs eiusdem D. P. Aug. de facili colligitur veritas eiusdem pœnæ excommunicationis, & quam sit timenda, ne fiat per eandem excommunicationem separatio à Christo capite, & à membris eius &c. Placeat ergo omnibus fidelibus diligenter cauere ab eadem, ne in Diaboli laqueum incidant &c. & sit finis huius Tractatus, necnon & capituli &c.